



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Pars Prima. Ecclesiasticæ Personæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)



LIBER LXII

DE PERSONIS ECCLE- SIASTICIS, RELIGIOSIS, AC SÆCULARIBVS, Receptiores Doctorum communes Sententiæ,

PARS PRIMA.

ECCLESIASTICÆ PERSONÆ.

DISSERO de Clericis in communi, de Summo Prae-
fule, de Archiepiscopo, de Episcopo, de Romana
Ecclesia Cardinali, de Canonico, de Capitulo, de
Parocho.



CAPVT I.

De Clericis in communi.

APPELLATIONE Clericorum large
veniunt omnes, qui ordines habent,
quicumque dignitate præfalgant,
etiam si prima solum tonsura sint initiati. Vnde
in materia fauorabili Clericorum nomine
veniant Episcopi, & Religiosi: in odiosa verd,
minimè, nec alij in dignitate constituti, nec
Ecclesiæ Cathedralis Canonici nec Monachi,
seu Religiosi. *Cap. Cum contingat, de etate, &
qualit. Cap. Quia periculosum, de sent. excom.
in 6. Cap. In pædei fauorem, de heret. in 6. Cap.
Statutum, de elect. in 6.*

² Clerici, loquendo de generatione, multis pri-
legiis fruuntur. Coram seculari non conue-
niuntur Iudice, *Cap. si diligens, de foro com-
privilegiis per. Eos diuerberans, est excommunicatus.*
Clerici *Cap. si quis suadente, 17. q. 4.* Munera, seu onera
personalia, vel realia præstare non tenentur.
*Cap. Non minus, de immuni Eccl. Possunt rem
concessam Ecclesiæ ante traditionem vendi-
care Cap. Ex litteris, de consuetud. Eorum fami-
liarum eodem fruuntur privilegio quoad fo-
rum. Cap. Clericum 11. q. 1.* Etenim contra
Clericum statuta excommunicationem in-
currunt. *Cap. Eos, qui, de immuni. Eccl. in 6.*
Solummodo Clerici possunt beneficium Ec-
clesiasticum obinere. *Cap. Ex litteris de
translat. Non possunt per litteras contra lai-
cum impetratas cum clausula generali, con-
ueniri. Cap. sedes, de rescriptis in Glo. Sportula da-*

re non tenentur. *Cap. Cum ab omni, de vita,
& honest. Clericor. Volunt de acquisitis,
etiam sub patris potestate, pro libito dispo-
nere. Ambros. Presbyteros. Cap. de Episcopis,
& Clericis.*

³ Iure diuino Clerici à civili laicorum po-
testate in rebus spiritualibus, diuinis, & Eccle-
siasticis sunt immunes, ac liberi. Huiusmodi
sunt, Sacramenta ministrare munia sacra ob-
sequia, litteras sacras interpretari, penas Eccle-
siasticas sancire, idoneos Ecclesiæ ministros ex-
aminare, eligere, creare, constituere, confirmare, potestate
ad ordines promovere, &c. Quia spiritualis
potestas est supernaturalis, & à Christo do-
minio collata non Regibus, aut secularibus
alijs, sed Apostolis, & eorum successoribus.
*Cap. Quamquam, de censur. Cap. si Imperator,
dist. 96. Suar. lib. 4. de immuni. c. 2. Azot. tom.
1. l. 5. c. 12. q. 1. Bonac. in Bullam Cane. d. 1. q.
16. sect. 1. p. 1. Salas de legib. d. 14. sect. 11.
Molina de iust. d. 31. Filluc. trakt. 40. nume-
ro 155.*

⁴ Attamen nec diuino, nec humano iure sunt
à legibus civilibus, quæ non sunt contra Ec-
clesiasticam libertatem, nec sacris Canonibus, à legibus
vel Clericorum statuti repugnant exempti, civilibus,
Tenentur proinde Clerici has leges letare, quæ non
non vi coactiua, sed directiua. Quia nemo sunt con-
tenetur directe legibus eius, qui in ipsum non tra Eccl-
habet iurisdictionem. Tales leges sunt, qui-
bus frumenti taxatur pretium, præscribitur liber-
modus testandi, contrahendi, &c. Vnde si de-
statutum vendant, & lethaliter delinquant, &
ad restitutionem tenentur. *Suar. de legib. l. 3.
c. 34. Filluc. trakt. 35. num. 94. Bonac. de legib. l. 3.
c. 34. l. 1. q. 1. p. 1. num. 29. Sayt in claus. l. 4. c.
4. num. 16. Sanch. l. 7. Dec. c. 3. n. 20. Nau. sum-
cap.*

Sec I de Person. Ecc I. Recept. Sent. 333

cap. 23. n. 88. Laym. l. 1. tr. 4. c. 13. n. 1. Tanner. 1. 2. d. 5. g. 6. dub. 2.

5
Reprobat
Ecclesia
Principum
saecularium
leges, quae
de Ecclesia-
sticis bonis,
vel personis
decernunt.

Principum saecularium leges, quae de Ecclesiasticis bonis, aut personis decernunt, Ecclesia reprobat, tamen si Ecclesiae fauorem, vel patrocinium continere videantur. Quia eiusmodi legibus praetenditur directio laicorum Principum iurisdictionis super Ecclesiastica, talis autem potestatis usurpatio immunitati Ecclesiasticae repugnat. Unde leges Imperatoriae quales extant (v. g. in tit. C. de sacrosanct. Ecclesiis, & Ant. eodem tit. nullius sunt roboris uti profectum non habente potestate, nisi Canonico iure sint receptae, ac approbatae. Cap. 1. Bene quidem, d. 96. Cap. Ecclesia, de consuet. Abbat. ibi, n. 10. Angel. v. Lex, n. 5. Suar. de legib. l. 3. c. 34. n. 13.

6
Non possunt
Clerici pri-
uilegio Can-
onico &
Fori renun-
ciare.

Non potest Clericus privilegio exemptionis renunciare, Canonis scilicet, & Fori, si laici laico submittendo. Quia hoc est ei omnino interdictum tam in civilibus, quam in criminalibus Decret. p. 2. causa 11. question. 1. Et quia haec privilegia non personis priuatiuim, sed toti clericali ordini sunt indulta, quibus persona priuata communis illius cedere non potest. Cap. si diligenti, de foro compet. totus lib. 5. de iust. quest. 4. artic. 1. Salon 2. quest. 67. artic. 1. contron. 2. Suarez de censur. d. 2. sect. 1. num. 58. Bon. de censur. d. 2. quest. 4. punct. 2. n. 5. Fernand. p. 2. c. 6. §. 1. numero 5.

7
Haec priuilegia
nulla
lege, vel
consuetudi-
ne possunt
sine Pape
tolli autho-
ritate.

Haec quidem privilegia nulla lege, vel consuetudine, etiam immemorabili, vel praescriptione possunt sine summi Praetulis auctoritate tolli. Quia laici cum sint iurisdictionis incapaces Ecclesiasticae, nunquam possunt se tueri consuetudine etiam immemorabili, quae nunquam nequit esse legitima ad praescribendum. Omnis enim consuetudo contra Ecclesiasticam libertatem reprobatum in Cap. Nouerint, de sentent. excomm. & zozius tom. 1. libro 5. cap. 1. quest. 1. Dauid. de Bul. Cana. cap. 14. d. 76. numero quinto Layman. lib. 4. tractat. 9. cap. 10. numero 1. Fil. tractat. 16. numero 255.

8
In minori-
bus consti-
tutus, du-
plici solum
priuilegio
gaudet, si
matrimo-
nium inerat.

In minoribus constitutus duplici solum privilegio fruatur, si matrimonium inerat, nempe Canonis si quis suadente Diabolo, & fori, id est, ne periret ad forum saeculare in causis criminalibus, siue criminaliter, siue civiliter agatur. Debet autem conditiones à Tridentino sess. 23. cap. 6. praescriptas habere, nempe ut clericalem habitum, ac tonsuram deferat, & alicui Ecclesiae ex sui Episcopi mandato deferat, & uirginitatem, & uirginem duxisse. Si vero Clericus coniugatus cum uirgine, & uirgine tonsuram ac Clericalem vestem deponens, postea resumatur, gaudet privilegio fori Cap. cum non ab homine, de indic. Cap. secund. de foro compet. Cap. si quis 17. quest. quart. Couar. in pract. 99. capite 31. numero 8. Suarez cont. Regem Angl. libro 4. capite 17. Sanchez de Matrim. l. 7. d. 46. numero 29.

9
Nonuitus
Regularis
fori priuilegio
nunc
fruitur.

Fateor nonuitum ob delictum ab eo commissum ante Religionis ingressum, iuxta Sixti V. constitutionem potius habitu religionis spoliari, à Indiceque saeculari puniri. Attamen post modificationem Clementis VIII. affirmo, ingressum Religionis validum esse

ad hoc ut nouitius fori privilegio gauderet, etiam si ingressus factus fuerit cum fraude intentione scilicet subtrahendi se à saeculari potestate. Index vero saecularis potest in hoc casu Iudicem causae agere, non personam, & ad forum nonuitum punire in pecunia, ac bonis, non autem in corpore. Quia satis probabile est, nec in pecunia posse puniri. Barthol. de Vechis in praxi nouit. d. n. Diana p. 1. tr. 2. ref. 33.

Sacri Ordinis vel beneficiarius clericus sub mortali tenetur, tonsuram, & habitum clericalem gestare: neque potest contraria consuetudine (quae nequit rationabilis esse, sed corruptela indicanda est) excusari. Quia legem in materia graui violat, & quia potest inf. obligatione pensionis affici, ut in Tridentino habetur. Porro necessitas vitam tuendi, honorem, aut bona, proptia, vel proxima, sicut à legis humanae obligatione excusat, ita ab hac excusare potest. Nec non commotitas ad modicum tempus sine honoris detrimento arduum excusare. Clerici autem minorum Ordinum facilius à piculo excusantur. Quia possunt ad statum laicalem transire. Nec possunt de iure communi ad ferendum habitum cogi, nisi quatenus velint clericali privilegio uti. Cap. fin. de Clerico coning. Nauar. comm. 4. de regl. numer. 27. Diana p. 5. tract. 5. resolut. 60. Bonac. tom. 1. d. 8. q. vii. pun. ult. Reginald. l. 30. num. 10. Henric. l. 13. cap. 39. n. 4. Ang. v. Clericus 4. n. 1.

Verum clericales dixerim vestes eas, quae communi vtu in qualibet sunt Provincia receptae, & ex quarum aspectu à quocunque gestantur eas, Clericus indicatur. Si vero controuersia fuerit, an habitus, quocum Clericus est inuentus, clericalis sit, discussio ad Indicem Ecclesiasticum attinet. Quia ipse est habitus à Clericis ferendum praescribere. Cap. si Index laicus, de sent. excomm. in 6. Con. pract. 99. c. 33. Mol. de iust. tom. 4. tr. 3. d. 49. Laym. 4. tr. 9. c. 7. n. 6.

A Sacris Canonibus multa Clericis prohibentur. Officia, vel commercia saecularia exercere non debent, maxime inhonestà, minimis locutibus, & iustitionibus intendere Tabernas prius fugere, nisi causa necessitatis, si in itinere constituantur. Ad aleas, & taxillis non ludere, nec huiusmodi ludis interesse, debet consuetudinem congruentem habere, & in Ecclesiasticis officiis, aliisque congruentibus se exercere studiis. Plura eis prohibentur, & praescribuntur in Cap. clerici 2. de vita, & honest. cleric. Negotiari non possunt, intendendo rebus emendis pretio maiori ut inde lucrentur. Si autem id fiat semel aut iterum, lethaliter non delinquant. Porro per alios non est illicitum Clericis negotiationem exercere. Quia solum prohibetur, ne per se clerici negotiantur, & per alios negotiando, cessat prohibitionis ratio. Mald. 2. 2. tr. 5. c. 2. dub. 4. Mol. d. 342. n. 10. Lessl. 2. c. 2. 1. dub. 1. n. 6.

10
De tonsura
habitu quo
clericalis
gerendi
obligatione.

11
Quam sint
clericales
vestes.

12
Plura cle-
ricis à sa-
cris cano-
nibus pro-
hibentur.

CAPVT

CAPVT II.

De summo Praefule.

13
Papae
Christiani
Pastor po-
puli, vnde
dictus.

SUMMVS Praeful dictus est Papa quasi Admirabilis à Papæ interiectione admirantis, eo quod Vicarius ac Christi Domini dei Filij, cuius est terra, ac plenitudo eius. Et quidem totius Christiani populi Pastor, omnium caput Ecclesiarum. Episcoporumque omnium Episcopus ex Christi institutione. Clem. Roman. de iureiur. Sylu. v. Papae. 1.

14
A Christo
Domino
eius proue-
nit iurisdic-
tio.

Papæ iurisdicção non confertur à Cardinalibus per electionem, sed postquam huiusmodi personam suffragiis solitis designarunt, à Christo Domino prouenit vi promissionis factae diu. Petro c. Mat. 6. Vnde obseruatum semper fuit, vt à nemine iudicari, aut deponi possit, nisi notoriam labatur in haereticum, saltem postquam ab Ecclesia est declarata. Suarez libro quart. de Legib. capite 7. Layman. lib. 1. tractat. 4. cap. 6. §. 1. numero 6. & 7.

15
Errare non
potest in
decretis si-
dei, quæ totius
proponit
Ecclesiae.

Profecto quamvis quo ad suam personam in haereticum etiam notoriam possit incidere: tamen ob dei prouidentiam errare non potest circa decreta Fidei vniuersalia, seu circa ea, quæ toti proponit Ecclesiae, quamuis sine Episcoporum Concilio. Neque in præceptis circa mores versantibus, nec circa res ad salutem necessarias, vel quæ per se bonæ, aut malæ sunt. Quia si Pontifex in his Fidei, aut morum decretis erraret, tota Ecclesia in errorem contra Fidem, aut Christianam doctrinam in errorem posset induci, quod est impossibile. Layman. libro secund. tractat. prim. cap. septim. numero prim. & secund. Bannes 2. 2. quæstio. prim. articulo 10. dub. secund. Azor. part. 2. libro 5. cap. 5. & omnes.

16
Secus in
diuindicandis
particularibus
quæstionibus,
quæ de facto
sunt.

Potest autem errare etiam vt publica persona indiuiduandis particularibus quæstionibus, quæ plerumque de facto sunt. Quia assistentia, ac directio Sancti Spiritus Petro, ac successoribus est promissa in ordine ad Ecclesiam, ne eam in errorem inducant: cuius rei periculum nullum est in decretis particularibus ad vniuersam Ecclesiam non pertinentibus Bellarm. lib. 4. de Pontif. capite 2. Bannes 2. 2. quæstio. 1. articulo 10. dub. 6. conclus. 4. Coruba l. 4. quæstio. 1. propos. 10. de Pontificis potestate circa censuras ferendas, circa impedimentorum matrimonij dispensationem, & circa alia innumera dissero in tract. de Beneficiis, de censuris, de casibus reſeruat. de dispensationibus, de Indulgentiis, de Simoniacis, de voto, de Ordine, de Irregularitate, & alibi sepe.

CAPVT III.

De Archiepiscopo.

Postquam Archiepiscopus à sede Apostolica Pallium accipit, fit Ordinarius ac superior suffraganeorum, siue coepiscoporum provinciae, vtis precipere, eoque ad officium negligentes compellere valeat. Cap. Nisi, de auctor. & vsu Palij Cap. soliciudinem de appel.

In causis tamen criminalibus maioribus depositionem merentibus, re cum Provincia libus Episcopis cognita, ad sententiam definitam aduersus Episcopum non potest sine sedis Apostolicæ autoritate procedi. Capit. 2. de translat. Episc. Imo iure nouo non solum condemnatio contra Episcopum, sed etiam cognitio, ac processus in criminalibus, quæ depositionem, vel priuationem merentur, soli summo Praefuli est reſeruat. & inferioribus interdicitur. Cap. Inquisitores, de haer. in 6. Trid. sess. 24. cap. 5. Nau. lib. 2. consil. 1. de foro comper.

In subditos coepiscoporum Archiepiscopus iurisdictionem non obtinet, nisi in triplici casu à iure expresso. Primò, si ab Episcopo ad ipsum appelletur, (non tamen obſolam negligentiam Episcopi, nulla interposita à partibus appellatione) ad Archiepiscopum iurisdicção deuoluitur. Propterea Archiepiscopus non potest adiri per viam quærelæ per subditos suffraganeos sui, nisi ipse consentiat. Cap. Duo simul, de offic. Ordinar. Secundò dum Provinciam visitat (quod libere facere potest iure communi, etsi nulla Episcopi negligentia intercedat, sed cum limitatione Trident. sess. 24. c. 3.) potest provincialium confessiones audire. Cap. 1. de offic. lega. Cap. significasti, de foro comper. Item iubere, Cracem ante se deferri, ac populo benedicere, etiam in locis Provinciae alioquin exemptis. Clement. Archiepiscopo, de priuileg. Tertiò, ei absolute permissum est, intra suam Provinciam indulgentias concedere iuxta Lateranensis Concilij limitationem. Cap. nostro, de panis.

Quando vult provincialia condere statuta, synodum Episcoporum ea de causa debet congregare, in eaque tanquam decanus in re debet Capitulo præſidere. Et quod in synodo fuerit quando decretum, renouare, immutare, in eodè dispensare nequit, cum sit superior synodus, seu Concilio Episcoporum, à quibus, & potest indicata, li. 1. d. 17. n. 36. Cap. Nullus primas 9. q. 3. de Archiepiscopi autoritate plura Quaranta scribit in sum. Bullar. 7. Archiepiscopi autoritas, quæ quidem omitto, quia ad conscientiam pertinere non video.

CAPVT



CAPVT IV.

De Episcopo.

²¹ *In quibus possit peccare Episcopus ante Episcopatum recipiendum.*

N multis potest Episcopus ante Episcopatum collationem, & post illius receptionem delinquere. Ante receptionem quidem illum appetendo, ac procurando. Qui appetit deliberato Episcopatum habere appetit illo indignus existens, nec cogitat se dignum prestare, mortaliter peccat. Quia id appetit, quod habere mortale profus est. Qui vero Episcopatum appetit quamvis dignus ob temporarios redditus, aut propter honorem tanquam finem, etiam peccat lethaliter. Quia est periculosa cupiditas, & bono communi nimis pugnans ambicio. Qui vero propter gradum præcipue eum desiderat, præumptionis piaculo laucatur, non tamen mortifero, sed tanto ueniali. Quia non inest eo in appetitu tanta peruerfio, denique qui propter officium, Episcopatum appetit, et aliis profit. Ex se quidem non peccat, quia aliquando potest recte fieri, peccatum tamen est, nisi cum necessitate fiat. Quia illud prodesse aliis est cum præstet coniunctum, quod est planè difficile. D. Tho. 2. 2. quæst. 13. a. 1. Syluest. Fernand. p. 4. cap. 7. §. 1. num. 1. Sotus l. 10. de inst. quæst. 2. art. 1. S. v. Episcopus. n. 3.

²² *Nomen officium Episcopi.*

Episcopus Græcum nomen idem Latine ac est, ac Speculator, ac superintendens, eo quod subditorum vitam inspectur, & Clericis, ac laicis sibi commissis superintendat. Eius officium consistit in Chæritatis confectione, in Confirmationis, ac Ordinis collatione, in consecratione Ecclesiarum, & Altarium: Et solus Episcopus illa Sacramenta dispensat, quæ insipientem in aliquo perfectionis gradu super alios constituunt. D. Tho. in 4. dist. 24. Syluest. v. Episcopus. Tolet. l. 5. cap. 3. numero 1.

²³ *Quando obligetur quis ad Episcopatum recipiendum.*

Naturali, ac diuino iure quis obligatur, ad Episcopatum accipiendum, vel aliam Prælaturam in eam necessitatis, vel magnæ utilitatis, v. c. si persona præ aliis Ecclesiæ sit idonea regenda. Vnde ad id potest superioris compelli præcepto. Porro solus Paterfamilias cogere quem potest ad Episcopatum acceptandum, Prælati vero Religionis etiam Generalis non potest. Quia potestas, quæ Religionis superiores potiuntur, per se ad commune Religionis, aut particulare subditi ordinatur, nec ex vi officij habent communi bono Ecclesiæ providere. At Episcopus non ordinatur ex se ad bonum Religionis, aut subditi, sed ad commune bonum Ecclesiæ. Vnde cum Doctores affirmant, Religiosum teneri Prælati obedire ad Episcopatum acceptandum, nomine Prælati Pontificem intelligunt Diana part. 6. tract. 8. resolul. 33. citans Manuelem, Suarezum, Sancium, Faustum, & alios.

²⁴ *Si quis fraude, aut vi, aut subreptione Episcopatum recipiat, vel sciens, se eo indigne, carentem qualitatibus à iure receptis, ætatis maturitate, literarum scientia, sciens se immorum probitate, lethaliter delinquit. Tri-*

denarii præscripto obligatur, intra tres menses proximos consecrationem suscipere, alioquin tenetur ad omnium fructuum perceptionis restitutionem pro rata illius temporis. Et ultra sex menses consecrationem differens Episcopatum iure ipso priuatur. Trid. sess. 23. c. 2.

²⁵ *Episcopus electus, & confirmatus Tri-*

Iure communi siue diuino, siue humano multiplex obligatio grauat Episcopum. Prima est, in Ecclesia propria personaliter residere. Trid. sess. 23. c. 1. Mortale quidem est, abique causa abesse, & toto tempore, quo non relict, omnes redditus pro rata perdit ipso facto, abique vlla alia declaratione fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus applicandos. Secunda, ut irreprehensibilis sit, hanc l. scandalo subditis, sed optimo potius exemplo. Timoth. 1. c. 3. Tertia, Per se debet concionari, non per alium, nisi legitime sit impeditus. Trid. sess. 5. c. 4. & sess. 24. c. 2. & 3. Quarta, annis singulis debet Diocesanam Synodum conuocare, in qua de rebus ad statum Ecclesiæ suæ pertinentibus agat. Quinta, quotannis debet Episcopatum suum, vel maiorem eius partem visitare, si verò fuerit iuste impeditus, id per Vicarium gerere. Sexta, debet Sacramenta Confirmationis, & Ordinis adiuuare. Septima, tenetur probos Ministros constituere tam ad internum, quam ad externum forum. In hoc autem deficere ex crassa malitia, aut negligentia mortale, graue admodum est. Cap. Decret. dist. 89. Lege Bonacinam to. 2. d. 6. q. vni. par. 8. n. 5. Regin. l. 20. num. 69. Caiet. v. Episcopus.

²⁷ *Haud potest Episcopatum absque Pontificis licentia deferere. Si autem videat, se non posse munus implere, sed peccare non implendo, vel grane exhibere scandalum, licet absque Pontificis licentia petita, tenetur Episcopatum relinquere. Nisi cum pridem, de renuntiatione desereret.*

²⁸ *Religiosus in Episcopum electus, à iurisdictione Prælatorum suorum eximitur, & a peccato ad Episcopatum ad Ordinem spectant, iis exceptis, quæ cum Episcopali statu non coherent, vt claustrum, silentium, & similia. D. Tho. 2. 2. quæstio. 185. articulo 8.*

Syluest. inibi, conclus. prim. secund. & tertia.

CAPVT V.

De Cardinali.

27
Quid sit
Cardina-
latus.

ardinalatus non est Ordo sacer, nec characterem imprimit, nec a Christo domino fuit institutus. Quia non habet consecrationem aliquam, nec materiam, nec formam: Ergo nec erit Ordo Propterea Patres, Concilia generalia, ac Summi Praetores omnes sacros Ordines commemorantes, de Cardinalatus gradu nullam gessere mentionem. Igitur Cardinalatus est tantum dignitas Ecclesiastica eminentissima a Pontificibus antiquitus inducta, ut sibi in Ecclesiae regimine Accessores, ac Consiliarios haberent eo modo, quo Moles septuaginta sibi seniores adiecit. Proinde potest a Papa extingui, consequenterque non erit de iure diuino, neque ordinis Sacramentum. Bellarm. libro prim. de Cleric. cap. 16. controu. 5. Sotus in 4. dist. 24. quest. secund. articuli. 4. Azor. part. 2. lib. 4. cap. prim. quest. 3.

28
Potest censu-
ri in Ec-
clesia Titu-
latus ferre.

Cardinalis respectu ad Ecclesiam, in qua iurisdictionem in foro externo habet, ut in Ecclesia sui Tituli, potest Censuras in subditos contumaces ferre. Cap. His que de maior. & obedi. Say. lib. prim. de cens. cap. 6. numero 11.

29
Excommu-
nicatione
generaliter
lata non li-
gatur.

Excommunicatione generaliter lata ligatur, nisi illius fiat exceptio. Suspensione tamen, & interdicto generaliter latis non ligatur, nisi illius expressa mentio fiat. Primum probatur, quia lex generalis generaliter est intelligenda: Et Cardinalis superiorem habet Praetorem summum, cuius iurisdictioni subicitur: secundum patet, quia sic praescribitur. Cap. Quia periculosum de sep. excomm. in 6.

30
Solu Pon-
tificem ha-
bet ut pro-
prium Pa-
storem.

Cardinalis sicut ratione dignitatis propinquissimus est Pontifici, ita illum solum habet ut proprium Pastorem ac Sacerdotem. Est autem Collegium illud veluti vnum spirituale corpus, cuius proximum caput est Pontifex, Caiet. v. Absolutio 2. Filliuc. tract. 7. n. 197.

31
Potest sibi
Confessariu
eligere.

Potest sibi Confessarium eligere. Quia quamvis Episcopis non sit superior, potestate, & iurisdictione: tamen iam iuxta communem Ecclesiae usum, superior dignitate censetur. Angel. verb. Confessio 3. numero 3. Syluest. v. Confessor numero 8. Caietan. v. Absolutio.

32
Qui eum
percutit,
ipso iure
beneficio
privatur.

Qui audet Cardinalem percutere, ipso iure quodcumque beneficium Ecclesiasticum amittit. Quia indignus est beneficio ecclesiae potius, qui tam eminentis Ecclesiae dignitatis debitam habet reuerentiam. Azor. p. 2. l. 7. c. 17. Lef. l. 2. c. 34. dub. 34.

33
In Ecclesia
sui tituli
potest leges
ferre.

Potest in loco, seu Ecclesia sui tituli ferre leges solum territorium obligantes. Leges vero vniuersales condere nequit. Cap. Querelam, de elect. Suar. l. 4. de legib. c. 5. n. 4.

Cardinalium Eminentiss. declarationes vim

legis non habent. Quia vt lex obliget, necesse est, vt promulgetur: At huiusmodi declarationes non promulgantur. Ergo non obligant. Attamen maxime sunt ponderis, & ab his recedendum non est sine firmissimo fundamentum. Proinde Urbanus VIII. sub die 11. Augusti anno 1632. decreuit, vt nulla fides illis tanquam declarationibus Cardinalium adhibeatur, nisi in Authentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Praefecti, ac Secretarii eiusdem Congregationis pro tempore existentium munita fuerint. Verba decreti lege apud Barboiam in collect. Bull. v. Congregat. 2. Bon. de legib. d. 1. g. 1. p. 8. n. 4. Portel. in dub. Regul. v. Cardinalium declarationes. Sanch. de matr. l. 8. d. 2. num. 10. dian. p. 1. tr. de leg. ref. 29.

Ex summi Praetoris facultate possunt a Cardinalibus Presbyteris Ordines minores conferri. Quia nulla sufficiens astitit potest ratio, cur his nequeat conferri facultas: quam existimo vel Sacerdoti simplici conferri posse, Pontifici libeat. Victoria de ordin. 2. 34. Val. confere. 10. 4. d. 9. g. 3. p. 1. Coninch. d. 20. dub. 9. numer. 77.

CAPVT VI.

De Canonico.

N beneficio Ecclesiastico duo iura considerari possunt primum per se sola praespirituale videlicet in officio, seu potestate testis exercendi muneris spiritualis, alterum neminem secundum se temporale, nempe ius ad rectoriam, nempe redditus Ecclesiasticos, & haec iura a se mutuo possunt separari. Unde praebenda spirituales Canonici non facit, sed potius collatio ipsi collatio ritualis iuris facta ab eo, qui potestatem habet. Quare fieri potest, vt ob solum ius Canonice aliquis in Capitulo habeat suffragium, quamvis non proprie habere beneficium censetur, si nullos redditus accipiat. Suar. l. 1. de Relig. l. 4. c. 24. n. 1. & 2. Abbas ad Cap. Cum super. n. 2. Cap. Relatum, n. 2. de praeb.

Receptus in Canonico cum promissione praebendae, eam potest exigere, cum occasio se Receptus obtulerit. Quia de iure debetur Canonici in Canonice non ex vi promissionis praesens, sed ratione cum Canonice obtente: congruum enim non est, praebenda vt Canonici sine praebenda sit. Si tamen promissum post eius receptionem alius ex mandato rapit potest cum gratia expectatina fuerit receptus, hic exigere. illi est praefendus. Quia licet alter sit prior tempore, non tamen habet ius per se, ac directum ad beneficium primo vacaturum, sicut posterior. C. Relatum, de praebend. iuncta glossa, v. In praemissis. Abbas ad Cap. Cum super. n. 5. Laym. l. 4. r. 2. c. 10. n. 2.

Qui privilegium Canonici obtinuit cum laico Canonice futura successione, ad horas Canonicas non priuatus tenetur. Quia Canonici coadiutor non est vt obineat eum re Canonici, nec pro tali habendus est, pro futuro proprietario superstitie. Et quia obligatio Horas cassationis recipiendi semper apud proprietarium manet, tenetur Ergo non obligat coadiutor. Et ita declarata. Horum re-
tum ratio.

tum à Paulo V. ad petitionem Cathedralis Ecclesie Contribuentis fuisse Suarez affirmat to. 2. de Relig. l. 4. c. 2. 2. 19. Medina de orat. c. 7. Nauat. de orat. c. 2. num. 18.

39 Tenetur Canonici diuini Officium recitare, etiam si primo anno fructus beneficii non percipiat, dum hi ex consuetudine cedunt Canonici morui hereditibus, vel inter Canonicos antiquiores distribuuntur. Quia voluntarie se oneri subiecit, & habet titulum ac possessionem beneficii, cui obligatio officij recitandi est annexa. Et quamuis de presenti non percipiat fructus, nihilominus ipsius heres post obitum eius percipiat. Azor. p. 1. l. 10. c. 4. q. 4. Garcia de benef. p. 3. c. 1. num. 62. Laym. l. 4. tr. 2. c. 5. n. 4. Lell. l. 2. c. 34 n. 170.

40 Qui domi officium recitant, ut postmodum in Ecclesia aliis officiis Alteris, chori, sacramentis ministrandis, & incumbant, non peccant, nec consequenter ad restitutionem tenentur distributionum, præcipue si ad eos alius munus officio pertinet. Quia Tridentinum sess. 24. c. 8. l. 1. n. 1. ut pœnitentarius, dum confessiones in Ecclesia audit, præiens in choro cœntant, & consequenter distributiones quæ choro interuentibus tribuuntur, percipere valeat. Scens autem si diuini officiorum tempore confessiones domi, vel alibi excipiat. Suarez de Relig. l. 2. l. 4. c. 12. n. 10 & 11. Dian. p. 2. tr. 12. resol. 3. Fil. tr. 23. n. 196.



CAPVT VII.

De Capitulo.

41 Abique consensu Episcopi nequit capitulum aliquod statueri sine eius voluntate. Inuente Episcopo, qui iurisdictionem tenet, Capitulum nil potest absque eius voluntate, & approbatione statuere, vel innovare. Cap. Cum consuetudine, de consuet. Tamen in causis exiguis sine Prælati consensu statuere potest, si ad ipsum propriè causæ pertineant, puta, quæ ratione Capitulum sit congregandum, distributiones, vel redditus diuidendi. Abbas ad Cap. Cum omnes, n. 3. Innoc. ad Cap. Cum consuetudinis. Bonac. de legib. d. 1. q. 1. punct. 3. num. 30.

42 Episcopus sine Capituli consilio nihil debet statuere iure communi, & exclusa consuetudine in iis, quæ maioris sunt momenti. Quia Episcopus & Canonici vnum corpus efficiunt, cuius ille caput est, hi membra. Ac si Capitulum sine iusta causa consensum abneget, si nunc erit Episcopi statum, quia nunc non ita cœnsu quæ cœnsu Capituli requirunt. Cap. Nonit. Cap. Quamvis de his, quæ sunt à Præl. Abbas ad Cap. Edoceri, n. 6. de rescript.

43 Pote in causis, quæ ad Capitulum quoque attinent, vel in eius possunt damnum cedere, consensum etiam Capituli tanquam collegatum, & consortium, in tali causa erit exigentium. Suarez de legibus l. 4. cap. 5. nu. 2. Felin. ad Cap. Cum omnes, de consuet. n. 11. Bonac. de leg. d. 1. q. 1. punct. 3. n. 24.

44 Ut statum Capitulare fieri possit inf. Esob. & Mend. Theol. Mod. Tom. VI.

ficit consensus maioris partis, si ratio necessitatis, vel maioris utilitatis urgeat, alioquin autem quod omnes tangit, ab omnibus debet approbati. Reg. 29. in 6.

Si Episcopus, aliusve Ecclesie Prælati male administret, Capitulum contra illum potest agere, & res male alienatas renocare. Si Episcopus Abbas ad cap. Edoceri, de rescript. Laym. l. 4. tr. 4. c. 7. §. 4.

Beneficia, quæ patrimonialia non sunt, Capitulum sede vacante conferre non potest. Potest tamen beneficia concedere in commendam ad sex menses, et si interim Episcopus non eligatur, & confirmetur, tempus prorogare. Cap. Illa deuotionis. Ne sede vacante. Rebus. in praxi benef. p. 1. tit. de deuol. n. 77. Præterea si libera collatio beneficiorum ad Episcopum & Capitulum cœmuniter pertinet, possunt ea, sede vacante Capitulo conferri. Cap. si ad Episcopum ne sede vacante in 6.

Non succedit Capitulum Episcopo in iurisdictione delegata, quia centetur electi industria persona. Succedit autem, sede vacante, in iurisdictione, quæ competet Episcopo iure communi, & ordinatio, non in ea, quæ specialiter iure. Propriè quoties potestas Prælato competit ratione Prælatuæ, eo mortuo ad Capitulum transit, iis exceptis, quæ, sede vacante, expediri nequeunt. Abbas ad Cap. Cum olim, dub. 5. de maior. & obediens. Ioan. Andre. ad Cap. Cum olim, de maior. Azor. p. 2. l. 3. c. 37. q. 6. Rebus. in praxi, p. 1. tit. de deuol. n. 58. Sanch. de matr. l. 8. d. 2. n. 10.

Bona immobilia Cathedralis Ecclesie, & mobilia pretiosa, quæ seruando possunt conservari, vacante sede, Capitulum alienare non potest, sine sedis Apostolicæ autoritate. Quia Ecclesia tunc defensore suo carere censetur. Sed nec causa iudicialis agitari debet, nec præscriptio contra Ecclesiam interim procedere potest. Tamen in alienatione ab inferioribus Ecclesiis facta in causis permixtis, potest consensum præstare ac confirmare, quia hic actus est iurisdictionis, & quamuis Capitulum res Episcopatus alienare prohibeatur, non tamen prohibetur confirmare alienationem, si Ecclesie inferiores iusta ex causa alienauerint, & in casibus, quibus Episcopus possit. Cap. Hac huius 12. q. 2. Cap. 1. & vlt. Ne sede vacante Moli. tr. 2. d. 78. & tr. 5. d. 11. Abbas Cap. Cum olim, dub. 3. de maior. Rebus. in praxi, tit. de deuol. n. 104.

Infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, seu dimissorias litteras impertire non potest, præterquam ei qui Ecclesiastici beneficii receperit aut recipiendi occasione est actus. Et si contraueniat Capitulum, Ecclesiastico subiacet interdictio, & eius dimissorias litteras ordinatus, si in minoribus constitutus sit, nullo privilegio Clericali, præsertim in criminibus grauetur, si in maioribus verò, ab executione Ordinum, ad futuri Prælati beneplacitum est ipso iure suspensus. Trident. sess. 7. c. 10. scio, iure antiquo ordinandi licentiam impertire potuisse. Cap. cum nullus, de tempor. orat. in 6. Sed iam est reuocatum.

Potest, sede vacante, matrimonio assistere, vel alij Sacerdoti licentiam dare. Quia succedit in omni ordinaria Episcopi iurisdictione, cap. cum olim fin. de maior. & obediens. assistere.

F f Sanchez

